

13 Terminalia Pichaviana

in

Obitum seu abitum

X 204638

Woblgangi AB **Zende**

DOMINI IN PICHEN ET SCHWETAV:

Nobilis atque viri quantis pervita manebat.

SPECTATISSIMI AC OMNIBVS ANIMI
corporis & fortunæ bonis cumulatisimi,

qui

XVI. KAL. IXBRIS

*Piè ac placidè Pichaviana arce obdormiuit, & III.**Iduum Novembris ibidem in templo attiguo nobili Christianoq;
ritu polyandriis majorum suorum est illatus.*Honoris, observantiæ, meriti ac viciniæ causa more
& ore Poëtico celebrata deproperataqueM. IOHANNE GENTZSCH Pastore
pro tempore Weltuicensi.

L I P S I Æ,

TYPIS NERLICHIANIS

EXCUDEBAT JOHANNES HERMANNUS.

Anno 1614

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

Eminentissimæ familiæ, amplissimæq; totius her-
ciscundæ tam hæreditalis quàm feudalibus
hæredibus

NOBILISSIMIS
HÆREDIBUS, CONSORTIBUS
FEUDALIBUS, FUTURIS PAULÒ POST
tutoribus, gentilibus, tribulibus, affinibus, fautoribus, a-
micis & vicinis omnibus ac singulis, qualem qualem
parentationem hæc usitato apud rerum Romanarū
scriptores commentatoresq; vocabulo certis
de causis intitulatam mente bona, vena-
triviali dedicat autor.

περὸς Φωνοῦς περὶ τῆς ἀφ' αὐτοῦ

Si sublapsa meæ reminiscor tempora vita,
Endiadum video quod benefacta domus
Exhibuit non pauca mihi, non pauca parenti
Cujus opus quondam panni ficina fuit.
Innocuam & frustra insimulatam crimine Grimam,
Quæ vagus auriferis Mulda decorat aquis.
Unde & velleribus studuisse refertur ovinis
Rura ubi Brandonis civica facta jacent.

I.
Ehrnfried. Endinis fidei causa charissimus illis,
ab Ende in Qui tum Brando vetus rus tenuere tuum,
Brandis. Hæc de forte meo sunt plura superq; parente;

II.
Georg Hul **N**OBILIS est pariter canis venerandus & annis
dericus ab Nomen & electi Consiliantis habet.
Ende in Ber Quem modo Drefda tenet, modo Berthodlsdorffia cernit,
tholdsdorff Pars quia Spirensis destitit esse fori.
Consiliari- Hic mihi nil merito se prestitit usq; patronum,
us Elect, Quo Sittensis adhuc tempore pastor eram.

Cre-

Crebroq; Kötricii larga versarer in aede,
 Maest judicii consiliiq; viri
 Quem sua sexennis virtute profectio clarat,
 Quem statuit celso jus, gravitasq; loco,
 Cecropiam inter ubi, Mavortis & inter equile
 Panditur Ensiseri juridicina ducis.
 Quid dicam natum dicti senioris & is ultrò
 Me simili, meritum præter, amore sovet,
 Utque patrem sequitur jus consiliantis adeptus,
 Mulda ubi Wurcensis dividit arva soli.
 Sic quoque Genitio verè patrissat amore
 Me traque me charum, paucula propter habet,
 Diversis diversa placent sua cuiq; voluptas,
 Carmen amat quisquis carmina docta facit.
 Fas properare mihi; Wohlfgangum forte Rudolphum
 Endiaco nescit sanguine nemo satum
 Omnibus ornatum, studium ob pietatis & æqui
 Rebus, & excelsum frontis honore virum.
 Hic ubi Tzscheplinum gemina se porrigit aula,
 Mulda suo fluvio quod polymorphus adit,
 Ille sua sacra rationibus advocat ædis,
 Ille sua dapibus me facit arce frui,
 Et propè tot servos pastoris mittit in ædem,
 Dux Balacus quondam quòt Bileame tibi,
 Sic ubi vicinum me visere sentit amicum,
 Qui tibi CHRISTE meo serviit ante loco,
 Tam probat illè duos animis concordibus uti,
 Et tam rara viro pax ævis orbe placet,
 Ornat ut in primis dilectio mutua fratres,
 Hac lapis est Lydius qui probat usque fidem;
 At si servorum gaudentium nomine CHRISTI
 Turpiter alternis litibus ora calent,
 Nil mirum Turcas secum pugnare, novum nil
 Spinola si bellum Mauritiusque gerant.

Sebast. Fri.
 der. de Kö-
 tritzsch in
 Sitten &
 Kroptiz
 Consiliar.
 aulicus.

III.
 Bernhard.
 Gotfrid.
 ab Ende
 Consiliari-
 us capitularis.

IV.
 Wolff Rudolff
 von Ende.

Sed quid ob affectum tantis heroibus optem
Quam quod adhuc plures sint valeantq; dies.
Et tandem mollem capiant pro morte soporem,
Mente per aetherios jububillante thronos.

V.
Alexander
von Ende.

Ne dicam quali me sit complexus amore
Wildenborniacæ Nobilis ille domus.
Qui quod regali sit vir spectabilis ore,
Regis Alexandri nobile nomen habet.

VI.
Wolff von
Ende in Kö-
nigsfeld.

Nec referam quantum quoque me dilexerit ille,
Qui Königsfeldiaci pradia ruris habet.
Wohlgangus placida mentis formosus ephēbus
Illecebris cepit quem benè Musa suis:

Contulit hic mecum doctis de rebus, alumnus
Quando meo ruri Kötricianus erat.

VII.
Wolff von
Ende in pres-
chen und
Schweta.

Denique non addam mihi paulo mortuus ante,
Præstitit acceptam qua ratione fidem,
Tempore Saxonici quo nutu principis istum
Quo fruor aggrederer, sole cadente, locum
Me comitemq; suam blandè invitavit in arcem,
Ne mihi difficilis nocte taberna foret.
Cumq; manere loco sententia fixa maneret,
Institit hic precibus me redeunte novis,
Meque aliquot vicibus (licet anser alumnus avena)
Ad sua pertraxit limina; quantus amor!
Obtulit annosam viridanti vertice quercum
Quam si mansisset vita daturus erat.
Audiit hoc pastor tum Wirthius accola mensæ,
Qui mihi præfacti testis amoris erit.
Quare cum talis fuerit mihi gratia gentis;
Metrapia mentis nuncia pauca sero;
Et precor Endiadum florescat stemmatis arbor,
Ut CHRISTO & patriæ germina multa ferat.
Gymnia cælesti quondam plantanda vireto
enim Sol ubi justiciæ lumine CHRISTUS erit.

So

Morta

MOrta quid insanis? quid desipis effera Morta?
 Quid furibunda facis? quid rabiosa paras?
AEs quantum valeat num nescis? hospes in orbe
 Quo non immenso dulcior esse solet,
 Vt pote cui clausis requies est mucida cistis,
 Pera cui facile non negat ulla locum:
Cui tera firmatis aperit se ferrea claustris,
 Cui sese pandunt nocte dieq; fores,
Pervia nam fulvis, quantumvis clausa, metallis,
 Pandaq; vix ferro, celsa theatra patent;
AEs toto reperit citò diversoria mundo,
AEs in delicijs Nobilis omnis habet,
AEs insensatum mirè blanditur ocellis,
AEs in delicijs rusticus omnis habet,
AEs magis ac reliquæ gazæ cor afficit orbis,
AEs in delicijs clericus omnis habet;
AEs sine suspensis hederis inquiritur urbe,
AEs in delicijs civis ubi omnis habet;
Et licet injungat varios plerunque labores,
AEs in delicijs attamen omnis habet.
Cirus & Irus avent æquo conamine nummos,
 Quos in delicijs primus & imus habent.
Excecant quosdam vendentes sacra ministros,
 Major ut æris sit, quàm pietatis amor:
Hos ego reliquias monachorum suspicor esse,
 Turpe reportantes religione lucrum,
 Quod vel posteritas absumit stulta, vel ipsa
 Costa secuturo digerit omne viro,
Turpis avaritiæ poenas epulonis in igni
 Ipsi cum tristes Iscariote luunt.
Produxisse potest mala tanta pecunia turpis.
 Damnaque diversis conciliare modis.

Instruit æs etenim fratres turbare sorores,
 Rixari natos cum patre sæpe docet,
 Omnis ut affectus hostes sint prorsus obliti,
 Ceu quæ Cadmæa gens ope lata fuit.
 Implicat æs longis vicinos litibus, æ quo
 Mercantes avidum findere classe jubet,
 Deformem & vetulam metuat quam cannabe passer,
 Ut placeat juveni sæpe numisma facit,
 Sæpe gravem mutat dubio discrimine poenam,
 Liberat auratos & cruce sæpe reos.
 Denique vis muti tanta est & amabilis æris,
 Cogat ut ante, dies in sua fata feros,
 Et male præcipitet, multos Phlegethontis in undam,
 Auri quos aliqua fraude fefellit amor,
 Quod magis ac Thaidos specie perstringit ocellos,
 Inter & orbicolas non leve pondus habet.
 Sola sed cludis Moÿs accuriabilis aurum,
 Sola tua nummis respuis æra manu,
 Instar & infantis pomum captantis, ut offam
 Acquiras, auri munera missa facis,
 Sic olim Crates æris contemptor & aur,
 A patre congestas in mare jecit opes;
 Cujus alis nusquam cernendos improba mores
 Mendici, ingenium futile cujus alis.
 O te vecordem! quæ quas acquirere posses
 Omnigenas mundi tam nucipendis opes,

Quotidia- An non, Si qua tibi foret indulgentia saltem,
nus vocabu- A Erificina tibi quotidiana foret?
lum prima Arx ubi coctilibus muris hic surgit in auras,
producta po- Prædia quam circum *Pichaviana* jacent,
suit Delius se *Mulda*
cundus lib 3. fol 50. quem autorem ipse Melancthon approbavit &
ipsius codice aliòquin suppressum vita & perennitati mancipavit.

Mulda quibus placidis placidus modo sibilat undis,
 Et modo damna vagis dat tumefactus aquis,
 Hic inquam poteras, dic, quas acquirere gazas,
 Dic, quantum nutu conciliare lucrum?
 Quæ non, delictum prædulce parentis *Abramæ*
 Natabus quæ non ægra *Brigitta* loror
 Munera spondisset? patiens si pauca dedisses
 Et fratrem & dulcem vivere secla patrem,
 Abnuis, & sexus quas fudit uterque superba
 Respice aure vagas nobilicida preces,
 Divitias fastu spernis quas mortuus amplas
 A multis partas solus habebat avis.
 (Felix nec minima censendus parte beatus,
 Hac bona majorum qui ratione tenet,
 Sedibus exclusus misere qui vivit avitis,
 Ille quid? exulibus connumerandus erit
 Non dominis; lapis est nihil amplius, erutus agro
 Limes, ab officio qui modo nomen habet.)
 Abripis ex vivis & funere mergis acerbo
 Misniaca celebrem nobilitate virum
 Cujus avis olim bis contrigit ordo baronum
 Teste Chytrano codice, teste Deo:
 Cujus avis (præcis quæ rara insignia seclis,)
 Contigit hirsuto, stans celer, ore leo,
 Qui visu horrendum, clypeo crudeliter ungue
 Lacydiam rigida dilaniaret avem,
 Forte quod *Endiadum* bello *Mavortia* gentis
 Pene leoninum pectora robur habent.
 Cujus avis auri licuit gestare coronam,
 Si cubi sunt fictis prælia gesta modis,
Rixnerus veluti probat hoc, cum narrat adeptum
 Fortiter *Ericum* continuasse decus,

Videantur
 traditiones
 logicae *Jacob*
Mart. in ca-
 tegorijs.

Quan-

Quando renascentis Criticos Trojamine inter,
De galeæ crista lis agitata fuit,
Qua tulit *Endiadum* pulchram discrimine palma
Cassis, cæsareo munere fulta suo.
Denique cuius avis tutari contigit urbem
Austriacam, nec non orbis in urbe decus,
Inde lupus venit frendens insignibus, inde
Prædita cæsarea litera longa manu,
Præclaræ memorans stirpis par nobile fratrum
Ob declaratam sæva per arma fidem
Endia gens qua, si non nobilis ante fuisset,
Inter equestriviros tunc potuisset agi.
Servat *Alexandri* domus hospita nobilis *Endi*,
(Quam *Wildenbornam* Misnovariſce vocas

Si Massagetas Ad Tyrigetarum vestitas vite radices)
propter ingræ Cæsar huic genti quæ monumenta dedit,
cum licet di- Hæc mihi sublapsis monstravit ut *Endius* annis,
cere, ut omni Per clypei salijt Martius arva lupus,
nò licet, quem, licet in domitum non horruit improba mortis
puto etiam li Omnibus insidias quæ struit usque, manus.
cebit, eadem Hæc natas natumque simul spoliavit *Abramum*
quãtitate di Patre, genus fulcro, spe, face, rege domum,
cere Tyrige. Sustulit œconomum parochis, solamen amicis,
tarum; Eti- Aram germanæ perfugiumq; suæ.
amsi Ovidi- Surripuit sacram qui læpius ivit in ædem,
us primam Concio cui cordi relligiosa fuit.
in vocabulo Nobilis abduxit decus ingens gentis, ademit
Getarum ut Gratum vicinis pacicolamque virum.
plurimum Dura quidem satis est mutatio tanta bonorum,
produxerit. Nec leve, Spem subito prolis abire malum,
Sed quid agas? superum stetit immutata voluntas
Tollere quam non vis aut medicina potest.

Nil

Nil homo tale putans in vastum nascitur orbem,
Eripitur rursus nil homo tale putans.
Utque diem cœli majestas prospicit, ortus
Sic etiam mortis tempora sola tenet.
Ortus nescitur, mortis nescitur & hora
Et, quo non credas tempore, finis adest,
Et rude ceu multi regum donantur in aulis
Temporibus, quibus quisquam fore sæpe putet.
Haud aliter sistit nostræ se clausula vitæ,
Mortis adhuc cum pes creditur esse procul.
Quo magis ô fatui præsentis omittite curam,
Orbis, & æternæ quarite sedis opes,
Nec vobis annos frustra promittite multos,
Vita quasi vestro libera jura foret.
Vita nihil magis est quam vitrum, frangitur illud
Cum liquor aut casus vel levis aura venit.
Namque Nero artificem solidantem vitra peremit
Invidiosa magis quo fera nulla fuit:
Hic, ne *Germanus*, metuebat, disceret artem,
Quem tum terrorem credidit esse suum.
Interit inde levi vitrum vel nobile causâ;
Quodlibet inde manet turgida bulla vitrum.
Fallor? an & generis prima incunabula nostri,
Alterius quondam conditionis erant?
Quæ nunc à stygio sunt infirmata Nerone,
Nobile quo rursus mox cinere fiat opus.
CHRISTE stygis fraudes vindex averte, cruore
CHRISTE redemptorum tu miserere tuo
CHRISTE tot *Endine* servator secula gentis,
Endiadum serva numine porrò genus.
Sic memor ut finis sit, gaudens nomine finis,
Cantabit laudes stirps sine fine tuas.

ἐπιγράμματα 108

Nobilis hic situs est **WOHLGANGUS**, nobilis he-
Qui fuit *Endiacis* naviter ortus avis. (ros
Hic ἀπὸ τῆς πηγῆς vel πηγῆς *Pichia* quondam
Nomine concinno quo vocitata jacet.
Aonias coluit puerili ætate sorores,
Dedita mercatu quas *Philyræa* fovet.
Florens longinquas juvenis discessit in oras,
Belga quibus pugna & quoque *Gallus* inest,
Inde suam repetens patriam *Schleinitide* nymphe
Prima maritalis tempora fortis agit.
Postea vota thori descendit ad altera, quærens
Bockorum sociam gente domoq; satam.
His aliquot vixit socijs concorditer annos
Auctus & ornatus prole subinde nova.
Et licet æquarit gazaq; satuq; baronem,
Nominis ingentes omne nactus opes.
Non tamen usque crucis carus gestamine, visus
Sed crucis in sancta plus semel esse schola:
Pignora præmisit, fratres præmisit & idem,
Præmisit socias, morte jubente duas.
Cum tribus atque uno vixit natabus *Abramo*
Annos, illecebris conjugis absque, novem.
Jamque suos iterum fratres videt atque maritas
Et sua nunc iterum pignora chara videt,
Dilectos iterum demulcet ut ante parentes,
Et nunquam visos ante tuetur avos
Elysijs quorum spectabilis errat in agris
Pars satis ampla sagis, pars latis ampla togis,
Nam bene præsentis qui vitæ terminat actum,
Limina perpetuæ prosperitatis habet.
Det **DEUS** ut mundi sic simus portio scenæ,
Ut lætum letho plaudite quisque ferat.

αλλο

ἄλλο βράχιστον

Βάλγαγος κείτα περιμαλλής ἔνδιος ὧδε
Αὐτοκατιγνήτοισ πένθε ὅς εἰς περίω
ἦδε γυναιξὶ δυοῖν; θυγάτρες τρεῖς, ἦδε λέλειφε
ἦον, γηρανία ἐλπίδα σε τὲ τευφλίω.
χρήματα ὦ θνήσκων καὶ πλεῖα λέλειφε τὲ μείζω
ἢ μεγάλης σπαρδῆς ἐκ πατρὸς ἔχεν ἄηρ.
Εὐδαίμων, τὸτ' ὦ πλεῖτ' ἔμαπαρ ἀλλ' ἀμάλισα
ὅς φρονέει, τὸ πάλυ ζητέει ὄπορίαν,
ἦν κατέχων, παστῆς βαρυτήτ' ἐλάττωσεν.
ἴδι γὰρ ἐν κόσμῳ ἔνθα καὶ ἔνθα λύπη

Id est:

WOHLGANGUS, situsest hic nobilis ENDIUS ille
Qui de quinque super-fratribus unus-erat
Costarumq; pari: natus tres liquit & unum
Natum, spem genij delictumq; sui,
Feuda cui soli moriens majora reliquit,
Quam tenuit magna sedulitatis avus.
Felix cui gaze tanta! felicior ille
Qui sapit, & cæli semper anhelat opes,
Quarum possessor vexa fit tutus ab omni
Ingerit in mundo se labor atque dolor.

Das ist:

Wolff von End hier hat sein Grabstadt/
Sein vier Brüder vberlebet hat/
Auch zwey Weiber /drey Töchter ließ/
Sampt einen Sohn so Albrham hieß.
Dem er ein mehres noch gelassen/
Denn ihm sein Vater aller massen.

Der

Der doch auch viel vergangne Jahre
Ein wolberümbter Hauswirth war.
Der ist glücklich in der Welt/
Dem Gott verehret Gut vnd Geld/
Wol aber dem der es versteht/
Dazu auch himlisch Lohn empficht/
Der bleibt mit Fried in ewigkeit
Allhier ist Leid mit Reid vnd Streit.

F I N I S

Ms 556 QX

VDNA

M

QK-293

13 Termin

Obitu

Wobliga

DOMINI IN PIC

Nobilis atque viri

SPECTATISSIMI

corporis & fortit

XVI.

Piè ac placidè Pichard

Iduum Novembris ibidem

ritu polyandriis

Honoris, observantia

& ore Poëtico

M. IOHANNES

pro tem




L I

TRIPIS

EXCUDERAT J

BIB
PON

Z 6
556



BIBLIOTHEK

